

ditum est, modoque alias cuiuscunque conditionis personas, habitu omnibusque actionibus, ad turpitudinem significandam, aut minimum ad risum movendum compositis, referunt. Omnes autem personis tecti, ne à quoquam agnoscantur, & viri frequenter ueste fæminea, interdum & fæmina ueste virili, tanquam si artificiosum, aut pulchrum foret mentiri sexum: nonnunquam insuper quidam sic deformati, ut figura humana prorsus nihil retineant. Nam cornuti, rostrati, dentibus aprimis, flammantibus oculis, fumum & scintillas ex ore exhalantes, curvis unguibus, caudati, hirsuti, dentique & monstroso terriblesque cacodæmones videri atque timeri affectant. Ubi insuper gentilibus olim satis fuit, unum toto anno diem huic tribuere insanie, hodie isti, solo nomine Christiani, una die haud sunt contenti, sed inutiliter turpiterque consumunt multos, quid dico dies? Imo consumunt aliquot hebdomades dierum. Ex quo deinde fit, ut pomparum & personarum multis sit modus aut nimetus. Atque uno quidem die vagantur moriones, mimi, parasiti, scurra, histriones, tibicines, citharoedi; alio vero die ex opificum collegiis oberrant cuiuscunque sortis homines: omnes autem ridicula, stulta, quedam etiam turpia exhibentes, quo ostiatim stipem, farcimina, tardum & id genus accipient. Non nulli in divitium ades scese ingerunt, mercede exigua comedias vel tragædias, easque non omnino vacantes turpitudine, exhibuntur. Saltationes porro fiunt admodum lubricæ, pars ita foro & in plateis, pars in domibus privatis & noctu perinde, ac interdiu. Accedunt luxuriosa ac temulenta convivia ad intempestatam noctem, pene dixeram, ad dici sequentis crepusculum protracta. Et ad has nocturnas epulas occurrunt, si Deo placet, larvati, alias pecunias, uestes ceteraque parati perdere aut lucrari. Ab iisdem larvatis etiam choreæ ducuntur. Ubi, obsecro, leguntur tam multa, tam varia, ad tot dies à gentilibus facta? Cogeris certe fateri, ô bone, quisquis es, gentiles prælibus Christianis sanos, modestos, sobrios dici posse.

S. II.